

This table has been published in the volume : Anne Grondeux & Irène Rosier-Catach, *Priscien lu par Guillaume de Champeaux et son école : Les Notae Dunelmenses (Durham C.IV.29)*, Turnhout, Brepols, 2017, vol. I p. 319-344. It is reproduced here with the kind permission of the publisher (see pp. 317-364 for its full analysis).

Blocs textuels		F 22ra, I <sub>o</sub> 68rb	K 26rb, M 38va	
[A] Division des acceptions de 'nombre'		NVMERVS EST (V.46, 172.2). Antequam dicamus quomodo numerus accidit nomini <sup>1</sup> uidendum est quid proprie, quid uero improprie <sup>2</sup> significat <sup>3</sup> .	NVMERVS. Post genus de numero agit, prius definiendo, post diuidendo, dehinc diuisionem <sup>4</sup> approbando, tandem concidentiam <sup>5</sup> et abusionem nominum quae est in eo determinando. Sed de significatione uocis aliquid praedicendum <sup>6</sup> .	[A]
	De re (R1)	Sciendum est quod <sup>7</sup> 'numerus' ista uox proprie fuit inuenta ut significaret plures unitates collectas teste Boethio dicente : « Numerus est unitatum collectio <sup>8</sup> ».	Haec igitur uox 'numerus' prius fuit imposita collectis unitatibus. Vnde sic definitur, numerus est collectio unitatum <sup>9</sup> , et est tunc collectiuum nomen.	
	(R2)	Postea ipsi auctores considerauerunt quod unitas erat pars illarum unitatum collectarum quae dicebantur <sup>10</sup> numerus, et constituerunt quod unitas uocaretur 'numerus', ecce abusio.	Sed quia numerus constat ex unitatibus, philosophi unitatem uocant 'numerus', improprie tamen <sup>11</sup> .	
	(R3)	Considerauerunt etiam quod ipsa unitas et unitates <sup>12</sup> accidentia erant, nec sine fundamento <sup>13</sup> esse poterant, et ideo constituerunt quod ipsa fundamenta uocarentur 'numerus' gratia <sup>14</sup> accidentium, scilicet <sup>15</sup> tam fundamentum unius unitatis	Postea uidentes philosophi hoc accidens numerum semper esse in subiecto participantia dixerunt numeros ea scilicet quae suscipiunt plures unitates,	
	(R4)	quam multarum unitatum fundamenta <sup>16</sup> .	magis proprie quod unam recipit improprie	
	De uoce	Ad ultimum constituerunt quod uoces significantes ipsos numeros et uoces significantes ipsorum numerorum fundamenta uocarentur 'numerus' <sup>17</sup> ,	Demum transtulerunt hoc nomen 'numerus' ad uoces numerum significantes	
	VI.2	scilicet uoces <sup>18</sup> significantes unam unitatem	tam in esse ut 'unitas'.	VI.2
	VI.4	uel personam per unitatem discretam, essent singularis numeri <sup>19</sup> ,	quam in subiecto ut 'unus'.	V.1.4
	VI.1	uoces uero plures unitates	Vocauerunt etiam 'numeros' uoces	V.1, 3
	VI.3	uel personas scilicet <sup>20</sup> plures	designantes personas, ut 'homo', 'legit',	

<sup>1</sup>. Cf. bloc [H].

<sup>2</sup>. quid proprie, quid uero improprie IO] quid proprie et quid F

<sup>3</sup>. Cf. PRISC., *Gramm.* V.46 (172.5)

<sup>4</sup>. diuisionem M] diuisione K

<sup>5</sup>. concidentiam M] concidentia K

<sup>6</sup>. est add M

<sup>7</sup>. sciendum est quod IO] scilicet F

<sup>8</sup>. BOETH., *Inst. arith.* I, 3, 1

<sup>9</sup>. unitatis K] unit M

<sup>10</sup>. dicebantur F] dicebatur IO

<sup>11</sup>. tamen K] tantum M

<sup>12</sup>. ipsa unitas et unitates F] ipse mute IO

<sup>13</sup>. fundamento F] fundamentis IO

<sup>14</sup>. post gratia] suorum add. F

<sup>15</sup>. scilicet IO] om. F

<sup>16</sup>. fundamenta F] fundamentum IO

<sup>17</sup>. numerus IO] om. F

<sup>18</sup>. uoces F] om. IO

<sup>19</sup>. numeri IO] numerus F

<sup>20</sup>. scilicet F] sed IO

		unitates discretas significantes essent pluralis numeri <sup>21</sup> .	‘Socrates’, quia significant participantia sola unitate uel pluribus	
		Et ita habemus quod omne nomen uel est singularis uel <sup>22</sup> pluralis numeri, quia significat uel <sup>23</sup> unam unitatem, uel plures, uel personam secundum unam <sup>24</sup> unitatem discretam, habemus quod omne nomen uel est singularis uel <sup>25</sup> pluralis numeri, quia significat uel <sup>26</sup> unam unitatem, uel plures, uel personam secundum unam <sup>27</sup> unitatem discretam, uel personas secundum plures unitates discretas.		
			Similiter ‘singulare’ nomen rerum et uocum accipitur, rerum ut singularum unitatum et participantium eis, uocum ut significantium singulas unitates et participantia illis. Item ‘plurale’ <sup>28</sup> nomen rerum <sup>29</sup> est ut unitatum collectarum et participantium eis, uocum ut significantium collectas unitates et discreta per illas. Ponit ergo numerus in uocibus secundum quosdam significare discretas res <sup>30</sup> ab aliis sola unitate uel pluribus. Addunt alii uel solam unitatem uel plures, propter ‘unitas’ hoc nomen et ‘unitates’. Vnde postea ‘singulare’ uero ponit significare rem participantem sola unitate uel solam unitatem, ut quidam addunt, ‘plurale’ uero significare participantia pluribus et ut pluribus unitatibus collectis uel plures unitates, ut alii addunt.	[A*] Autre division des acceptions du temps
[B] Noms propres		De propriis autem nominibus planum est quod sint singularis numeri, quia significant personam secundum unam unitatem discretam (=V1.4).	De propriis autem nominibus planum est quod sint singularis numeri, quia significant uel solam unitatem (=R1) uel personam secundum unam unitatem discretam (= V1.4) ut haec unitas si unum nomen sit ‘Cicero’ etc <sup>31</sup> .	[B]
[C] Noms appellatifs		De appellatiuis autem non ita est planum <sup>32</sup> , sed pluralis numeri dicuntur <sup>33</sup> quia significant plura, ut ‘homo’ significat Platonem, Catonem <sup>34</sup> et caeteros singulares homines. Contra quod dicitur quod <sup>35</sup> uoces dicuntur pluralis numeri quae significant plura, ita quod non significant unum per se <sup>36</sup> .	De appellatiuis non adeo. Appellatiua enim quaedam significant plura ut plura, ut ‘homines’, et ea dicuntur pluralis numeri, quaedam significant plura non ut plura <sup>39</sup> , et ea non dicuntur numeri singularis, ut ‘homo’ significat Socratem, Platonem et ceteros non ut plures, sed ut /M 38vb/ unum. Ita ‘homo’ dicitur singularis numeri quia significat personam per unam <sup>40</sup> unitatem	[C]

<sup>21</sup>. numeri *Io*] numerus *F*

<sup>22</sup>. *post* uel] est *add. F*

<sup>23</sup>. significat uel *F*] significant *Io*

<sup>24</sup>. unam *Io*] *om. F*

<sup>25</sup>. *post* uel] est *add. F*

<sup>26</sup>. significat uel *F*] significant *Io*

<sup>27</sup>. unam *Io*] *om. F*

<sup>28</sup>. plurale *M*] *om. K*

<sup>29</sup>. n. r. *K*] *tr. M*

<sup>30</sup>. d. r. *K*] *tr. M*

<sup>31</sup>. ut ... etc. *K*] *om. M*

<sup>32</sup>. e. p. *Io*] *tr. F*

<sup>33</sup>. p. n. d. *Io*] d. p. n. *F*

<sup>34</sup>. Catonem *Io*] Ciceronem *F*

<sup>35</sup>. quod *F*] quia *Io*

<sup>36</sup>. dicuntur ... per se *Io*] non dicuntur pluralis numeri quia significant plura, sed quia significant plura nomina ita quod non significant unumquodque per se *F*

<sup>39</sup>. ut ‘homines’ ... plura *K*] *om. per hom. M*

<sup>40</sup>. unum *K*] *om. M*

		Appellatiua uero etsi <sup>37</sup> significant plura, tamen non dicuntur pluralis numeri, quia ita <sup>38</sup> significant plura quod unumquodque per se.	discretam, licet indeterminate. Nam licet omnes significet, ut cum dico 'omnis homo', uel unum, ut 'quidam homo', tamen sic impositum est ut cum dicitur sine determinatione nec omnis nec plures intelligantur sed unus indeterminate. Dicunt quidam pluralem ideo dici uocem quia significat plura, et quia hoc habet 'homo', addunt 'simul collecta', et quia hoc habet 'domus' addunt 'ex quibus pluribus nihil unum efficitur in natura', quod satis est idem cum superiori.	
[D] Noms collectifs		De collectiuis <sup>41</sup> certum est quod secundum significationem pluralis sunt <sup>42</sup> numeri, quia ita significant <sup>43</sup> plura quod unumquodque per se significat.	{cf. <i>infra post E</i> }	
[E] Concidentia		De coincidentibus autem si <sup>44</sup> quaeritur cuius sunt numeri, possumus dicere quod nescimus nisi audiamus constructiones in quibus ponuntur. Possumus quoque dicere quod sint singularis numeri quia ad personam unitate discretam significandam prius fuerunt inuenta, uel pluralis quia ad personas per <sup>45</sup> /Io 68vb/ plures unitates discretas significandas prius fuerunt inuenta.	Nota coincidentia, cum sint utriusque numeri, alterius tamen esse secundum primam inuentionem, quam inuentionem, quia ignoramus constructiones <sup>46</sup> quae illud discernunt attendamus.	[E]
		{cf [D] <i>supra</i> }	Nota etiam collectiua nomina si respicimus ad significationem omnia esse pluralia, ut 'populus'. Significat enim unumquemque de collectione ut personam et discretam in ea collectione. 'Populi' uero plurale eius significat hunc populum et hunc populum ut personas, et sic plurale habet plurale.  Quod quidam uolentes uitare dicunt hanc uocem 'numerus' ponere <sup>47</sup> in uocibus habere terminationem singularem uel pluralem, quod etiam probant per definitionem numeri quae dicit numerus est forma dictionis etc. Vnde 'populus' et similia uocant singularia non propter significationem, sed propter terminationem <sup>48</sup> quam habent similem cum numeris singularibus. Et 'Athenae' plurale pro sola terminatione, et sic 'populus' singulare uoce habet 'populi' plurale <sup>49</sup> uoce et sensu <sup>50</sup> .  Nos uero non negamus posse respici ad terminationem, sed praecipue ad significationem. Vnde dicimus quaedam nomina habere eundem numerum secundum utrumque, id est terminationem et sensum, ut 'Tullius', 'homo', licet quidam dicant 'homo' singulare pro sola terminatione, quod non	[D]

<sup>37</sup>. etsi *F*] si *Io*

<sup>38</sup>. ita *F*] om. *Io*

<sup>41</sup>. De collectiuis *F*] Vnde *Io*

<sup>42</sup>. sunt *Io*] om. *F*

<sup>43</sup>. significant *F*] significat *Io*

<sup>44</sup>. autem si *F*] om. *Io*

<sup>45</sup>. per *Io*] secundum *F*

<sup>46</sup>. constructiones *M*] lac. *K*

<sup>47</sup>. ponere *M*] lac. *K*

<sup>48</sup>. s. p. t. *K*] sed pro terminatione *M*

<sup>49</sup>. pro ... plural *K*] om. per hom. *M*

<sup>50</sup>. Cf. PRISC., *Gramm.* II.55 (176.12-15)

			ualet, quaedam alterum <sup>51</sup> secundum terminationem, alterum secundum sensum, ut 'populus', quaedam utrumque secundum utrumque, ut concidentia
[F]		Quaeritur etiam <sup>52</sup> de numeralibus nominibus, id est de 'unus <sup>53</sup> ' et 'duo' et 'tres', et de aliis cuius numeri sint.	{Cf. <i>infra</i> Sciendum autem de nominibus numerorum}
Quidam		<p><u>Et dicunt <b>quidam</b> nullius</u>, et tradunt suas rationes: 'unus' nullius est numeri, quia nec singularis nec pluralis numeri – de plurali certum est, singularis numeri non est. Quod ut melius uideatur appono<sup>54</sup> similitudinem: 'Socrates' ista uox est singularis numeri, quia significat personam per unitatem discretam, quam unitatem praeter suam principalem significationem significant, id est<sup>55</sup> accidentaliter. 'Vnus' uero non potest accidentaliter unitatem significare, principaliter enim eam significat. Cum enim nomen sit, substantiam cum qualitate debet significare. Significat igitur ipsam personam<sup>56</sup> ut substantiam, ipsam unitatem ut qualitatem. Et cum unitatem principaliter significet<sup>57</sup> non potest eam accidentaliter significare. Similis ratio est de 'duo' et 'tres'. 'Duo' enim significat ipsas personas ut substantiam, ipsas unitates ut qualitatem, et ita numerum non potest accidentaliter significare, et sic de caeteris.</p> <p><u>Et dicunt <b>quidam</b> nullius</u>, et tradunt suas rationes: 'unus' nullius est numeri, quia nec singularis nec pluralis numeri – de plurali certum est, singularis numeri non est. Quod ut melius uideatur appono<sup>58</sup> similitudinem: 'Socrates' ista uox est singularis numeri, quia significat personam per unitatem discretam, quam unitatem praeter suam principalem significationem significant, id est<sup>59</sup> accidentaliter. 'Vnus' uero non potest accidentaliter unitatem significare, principaliter enim eam significat. Cum enim nomen sit, substantiam cum qualitate debet significare. Significat igitur ipsam personam<sup>60</sup> ut substantiam, ipsam unitatem ut qualitatem. Et</p>	

<sup>51</sup>. alterum *M*] *lac. K*

<sup>52</sup>. quaeritur etiam *F*] quod *IO*

<sup>53</sup>. 'unus' *F*] 'uno' *IO*

<sup>54</sup>. appono *IO*] apponamus *F*

<sup>55</sup>. id est *F*] *om. IO*

<sup>56</sup>. personam *F*] pars *IO*

<sup>57</sup>. significet *F*] significat *IO*

<sup>58</sup>. appono *IO*] apponamus *F*

<sup>59</sup>. id est *F*] *om. IO*

<sup>60</sup>. personam *F*] pars *IO*

<p>Solution</p>	<p>cum unitatem principaliter significet<sup>61</sup> non potest eam accidentaliter significare. Similis ratio est de 'duo' et 'tres'. 'Duo' enim significat ipsas personas ut substantiam, ipsas unitates ut qualitatem, et ita numerum non potest accidentaliter significare, et sic de caeteris.</p> <p><b>Nos</b> autem dicimus 'unus' esse singularis numeri, quia significat personam<sup>62</sup> unitate discretam. Si quis<sup>63</sup> quesierit per<sup>64</sup> quam unitatem, dicimus per eandem quam principaliter significat ex hoc quod est nomen. Nec inconueniens est si principaliter et accidentaliter idem significat<sup>65</sup> diuersis respectibus, hoc<sup>66</sup> enim in omnibus fere uocibus reperitur, uerbi gratia 'homo est nomen', ex hoc quod est nomen significat substantiam cum qualitate principaliter, scilicet animal rationale mortale; illud idem nomen, scilicet 'homo'<sup>67</sup>, appellatum est ex hoc quod est appellatum, accidentaliter, id est secundo, significat communem rem<sup>68</sup> quam illam eandem, scilicet quam principaliter, significat in quantum est nomen, scilicet animal rationale mortale.</p> <p>Similiter 'albus' in quantum est nomen principaliter significat substantiam cum qualitate, substantiam ut corpus /Io 69ra/, qualitatem ut albedinem. Illa eadem uox 'albus' adiectiuum est et<sup>69</sup> significat qualitatem<sup>70</sup> accidentaliter, illam scilicet<sup>71</sup> albedinem quam significat principaliter in quantum nomen est.</p> <p>Notandum quia quod<sup>72</sup> dicimus 'albus' adiectiuum accidentaliter, id est secundo, significare albedinem adiacentem, nihil dicimus nisi quod in quantum<sup>73</sup> ad hoc quod est<sup>74</sup> nomen principaliter habet significare substantiam cum qualitate, quia in quantum est adiectiuum qualitatem adiacentem principaliter significat, sicut in quantum est</p>	
-----------------	---	--

<sup>61</sup>. significet F] significat IO

<sup>62</sup>. personam F] pars IO

<sup>63</sup>. quis F] aliquis IO

<sup>64</sup>. per F] in IO

<sup>65</sup>. significat F] significant IO

<sup>66</sup>. hoc F] hec Io

<sup>67</sup>. homo Io] nomen F

<sup>68</sup>. communem rem Io] communitatem F

<sup>69</sup>. post et] ex hoc add. F

<sup>70</sup>. post qualitatem] adiacentem add. F

<sup>71</sup>. post scilicet] eandem add. F

<sup>72</sup>. quia quod IO] qui cum F

<sup>73</sup>. nihil dicimus nisi quod F] non dicimus Io

<sup>74</sup>. est F] om. IO

		singularis numeri, numerum adiacentem principaliter significat <sup>75</sup> , et in quantum est simplicis figurae figuram habet principaliter significare <sup>76</sup> .	
[G] Noms de nombre		Item quaeritur <sup>77</sup> de nominibus numerorum, scilicet <sup>78</sup> de 'unitas', de 'binarius' <sup>79</sup> et 'ternarius' <sup>80</sup> et sic de aliis.	[G] Sciendum autem de nominibus numerorum, scilicet de 'unitas', 'binarius' et similibus,
1 <sup>e</sup> solution <i>Quidam</i>		<b>Quidam</b> dicunt 'unitas' est singularis numeri, quia <u>significat rem cui adiacet singularis numerus</u> . Sed si <sup>81</sup> quaeritur que sit illa res, id est illa substantia <sup>82</sup> – dicunt ipsa quantitas sua forma informata, id est substantiali sua differentia. Est enim <sup>83</sup> species.	quod <b>quidam</b> ea dicunt singularia, quia <u>significant rem cui adiacet singularis numerus</u> , id est unitas, quae unitas accepta ut quantitas est specialis substantia, et accepta ut forma est qualitas, et ita duas habens unitates.
Contra (régression à l'infini)	à	Sed ista sententia non uidetur ualere: infinitas enim ex ea incurritur <sup>84</sup> , quia dicimus quod illa unitas quae unitati adiacet accidentaliter similiter est numerus et ita unitas adiacet ei, et ita infinitum. Aliud enim etiam inconueniens inde incurritur, quia <sup>85</sup> ubi est una unitas, ibi sunt duae, quia ubi est una unitas substantialiter, ibidem est altera accidentaliter. Similiter ubi est binarius, ibi sunt tres unitates, quod sic uideri potest <sup>86</sup> : 'binarius' est singularis numeri, quia significat rem uel personam suscipientem singularem numerum, id est unitatem, quae est <sup>87</sup> ipsa res, id est <sup>88</sup> ipsa specialis quantitas sua substantiali differentia informata, scilicet binarius. Sed ubi est binarius ibi sunt duae unitates principaliter significatae, et tertia unitas accidentaliter significata <sup>89</sup> , id est in quantum est singularis numeri uox <sup>90</sup> . Similiter ubi est ternarius <sup>91</sup> ibi sunt quatuor unitates. Et ubi est quaternarius, quinque, quod uidetur inconueniens esse.	Contra (régression à l'infini)
			Sed /K 26va/ illa unitas quae forma est, cum sit numerus aliam habet unitatem sibi adiacentem, et illi aliam et hoc in infinitis. Vel inferius adiacebit inferiori, uel eadem sibi adiacebit diuersa a se in hoc quod participat, et participatur a se ipsa, uel si duae sunt uicissim sibi adiacebunt, quae omnia sunt incongrua. Vel etiam haberi uidetur quod ubicumque est una unitas, ibi sunt infinitae. Cum enim 'unitas' sit singulare, quia significat rem suscipientem unitatem, erunt in re duae unitates, et ita binarius. Item cum 'binarius' haec uox <sup>92</sup> sit singularis numeri, propter illud idem erunt in re tres unitates, et sic ternarius, et sic procedet quantum uis.  Dicunt illi non esse binarium ubicumque sunt duae unitates, nisi utraque ut substantia ponatur, nec ternarium ubicumque sunt <sup>93</sup> tres, nisi singulae intelligantur ut substantiae, et sic in aliis. Et hoc satis bene dictum est.

<sup>75</sup>. numerum ... significat IO] om. F

<sup>76</sup>. figuram ... significare scripsi] suam habet principalem significare IO uel nominatiui casus similiter de caeteris sentiendum est F

<sup>77</sup>. post quaeritur] quare add. IO

<sup>78</sup>. scilicet F] uidelicet IO

<sup>79</sup>. binarius F] unius IO

<sup>80</sup>. ternarius F] trinarius IO

<sup>81</sup>. si F] om. IO

<sup>82</sup>. illa substantia IO] illam substantiam F

<sup>83</sup>. e. e. IO] tr. F

<sup>84</sup>. incurritur F] inuenitur IO

<sup>85</sup>. dicimus quod ... quia F] om. per hom. IO

<sup>86</sup>. u. p. IO] tr. F

<sup>87</sup>. est IO] sit F

<sup>88</sup>. id est F] om. IO

<sup>89</sup>. significata F] significat IO

<sup>90</sup>. s. n. u. IO] u. s. n. F

<sup>91</sup>. ternarius F] trinarius IO

<sup>92</sup>. tr. M

<sup>93</sup>. duae ... sunt hom. om. M

Solution	<p>Quare<sup>94</sup> sunt dandae aliae causae, quare<sup>95</sup> uoces dicuntur singularis numeri uel pluralis. Voces dicuntur singularis numeri, uel quia significant personam suscipientem singularem numerum (=R4), uel quia significant ipsum singularem numerum (=R2)<sup>96</sup>. Similiter<sup>97</sup> uoces dicuntur pluralis numeri, uel<sup>98</sup> quia significant personas suscipientes<sup>99</sup> plures unitates (=R3), uel quia ipsas plures unitates significat (=R1).</p> <p>Sciendum est enim quod 'binarius' et 'ternarius' et 'quaternarius' etc. sunt collectiua nomina ut '<b>populus</b>', et secundum uocem<sup>100</sup> sunt singularis numeri, secundum significationem pluralis.</p> <p>Si quis uero dicat quod adhuc non euitantur supradicta inconuenientia, non enim negare potest quin<sup>101</sup> dicatur 'unitas est una'. Et de quocumque praedicatur formatum in eodem est<sup>102</sup> forma. Et ita habemus supradicta inconuenientia. Ad illa<sup>103</sup> euitanda <u>dicimus</u> quod 'unum', quod praedicatur de unitate, <u>non est sumptum ab unitate sed a discretione</u>, quasi diceret<sup>104</sup> 'unitas una est', id est discreta ab aliis numeris.</p>	<p>Qui uero non recipiunt hanc sententiam dicunt quam supra posuimus, scilicet 'unitas' singularis esse numeri, quia significat unitatem, quae est singularis numerus, 'binarius' uero et similia accipientes collectiue dicunt pluralis esse numeri quia plures significant unitates.</p> <p>Sed dicitur<sup>105</sup> praedicta inconuenientia non recte uitari, cum dicatur 'unitas est una', 'ternarius est unus', et quicquid participat nomine et re illius.</p> <p><u>Respondetur<sup>106</sup> 'unus' non sumi ibi ab uni/M 39ra/tate, sed a discretione, unum alias<sup>107</sup>.</u></p>	2 <sup>e</sup> solution ('qui')
	{Cf. <i>supra ante</i> [G]}	<p>Item notandum de numeralibus uocibus, sicut 'unum', 'duo', etc.</p> <p>Quod <b>quidam</b> firmant ea nullius esse <u>numeri</u> accidental[is] hac ratione, 'duo' nullius esse numeri, quia nec singularis, nec pluralis. Significat eni. m substantialiter binarium tantum, quoniam habet secundum quosdam substantiam, secundum alios qualitatem in ui nominis attentum, et si substantialiter nunquam significabit eundem accidentaliter, cum uox nulla secundum eos idem significet substantialiter et accidentaliter</p>	[F] Question Quidam

<sup>94</sup>. quare *F*] similiter *IO*

<sup>95</sup>. quare *F*] quia *IO*

<sup>96</sup>. uel quia ... numerum *F*] *om. per hom. IO*

<sup>97</sup>. similiter *F*] eedem *IO*

<sup>98</sup>. uel *F*] *om. IO*

<sup>99</sup>. personas suscipientes *F*] personam suscipientem *IO*

<sup>100</sup>. uocem *F*] uoces *IO*

<sup>101</sup>. quin *F*] quando *IO*

<sup>102</sup>. est *F*] est *IO*

<sup>103</sup>. quae *IO*] illa *F*

<sup>104</sup>. diceret *IO*] dicat *F*

<sup>105</sup>. dicitur *M*] dice *lac. K*

<sup>106</sup>. respondetur *M*] *lac. K*

<sup>107</sup>. unum alias *KM*] *fort. unius ab aliis*

		<p>Dicunt <b>alii</b> ‘duo’ esse pluralis numeri, quia significat personas per unitates discretas<sup>108</sup>.</p> <p>Si quaeris per quas, respondetur per easdem quas significat substantialiter in hoc quod nomen est, nec est eis inconueniens, si significet idem substantialiter et accidentaliter diuersis respectibus, cum in aliis nominibus idem reperiatur. ‘Homo’ enim, in ui nominis acceptum, significat qualitatem et substantialiter, et dum quaeritur ‘Quae est qualitas illa?’, respondetur ‘Humanitas’ eidem uoci in quantum nomen est accidens esse appellatum, quod notat significare communem qualitatem. Si quaeris eam, dicimus humanitatem, ita eandem qualitatem quam significat substantialiter, scilicet in ui nominis attentum significat et accidentaliter, scilicet in ui appellatiui.</p> <p>Item ‘album’ adiectiuum est accidentaliter quantum ad hoc quod nomen est, ita accidentaliter significat qualitatem eandem quam substantialiter significat in ui nominis, scilicet albedinem uel formam eius.</p>	Alii
[H] Différentes interprétations de ‘numerus accidit nomini’	<p>Dicendum est autem<sup>109</sup> quod hoc accidens numerus generale est, quia omni nomini conuenit et secundum significationem ei accidit.</p> <p>Vel numerus, id est ipsa quantitas, scilicet una unitas uel plures accidit<sup>110</sup> nomini ut significarentur ab eo.</p> <p>Vel numerus, id est personae participantes quantitibus, scilicet sola unitate uel pluribus, accidunt nomini ut significarentur ab eo.</p> <p>Vel ‘numerus’ haec uox accidit nomini ad consignificandum<sup>111</sup> ei.</p> <p>Vel ita numerus accidit nomini, id est significatio rerum numeralium accidit nomini.</p> <p>Quando uero quaeritur ‘<u>cuius numeri sit?</u>’, sic exponitur: quem numerum significat, scilicet singularem uel pluralem. Vel ‘cuius numeri?’, id est de qua <b>collectione</b> nominum numeralium, siue de illorum quae signifiant rem singularem siue de illorum quae significant rem pluralem. /F 22va/</p> <p>Et quando dicimus ‘<u>numerus</u><sup>112</sup> <u>accidit nomini</u>’, sic potest exponi, id est numerus et nomen consignificant circa istas uoces, ‘homo’, ‘animal’, ‘Sortes’, ‘albus’, ‘albedo’, et sic de aliis. Vel ‘numerus accidit nomini’ id est significatio numeri accidit nomini. Omne enim nomen</p>	<p>Nota cum dicitur ‘<u>numerus accidit nomini</u>’, multis modis potest intelligi, scilicet numerus, id est una unitas (=R2), uel plures (=R1), uel res suscipientes ea, accidit nomini, ut ab ea significantur (=R3-R4) uel numerus, id est significatio numeri, haec proprietas accidentaliter id est nomini, scilicet significare unam unitatem (=V1.2) uel plures (=V1.1), uel fundamentum unius (=V1.4) uel plurium (=V1.2), accidit nomini.</p> <p>Vel numerus, id est terminatio numeralis scilicet habere terminationem recte singularem uel pluralem, ut ‘Virgilius’, ‘homines’, uel simile eis ut ‘populus’, ‘Athenae’, haec inquam proprietas ‘accidit nomini’ (=V3)</p> <p>Vel numerus, id est significare numerum cum discrezione terminationis, ita scilicet ut haec proprietas confecta sit ex duabus</p>	[H]

<sup>108</sup>. Forte legendum : Dicunt **alii** <‘unus’ esse singularis numeri, quia significat personam unitate discretam>, ‘duo’ esse pluralis numeri, quia significat personas per unitates discretas

<sup>109</sup>. autem IO] om. F

<sup>110</sup>. ipsa quantitas ... accidit IO] ipsae quantitates ... accidunt F

<sup>111</sup>. consignificandum IO] significandum F

<sup>112</sup>. numerus F] nominatiuus IO et I4



		<p>numerum significat, et bene<sup>113</sup> possumus dicere ‘homo’ ista uox est singularis numeri’, et tunc accipitur in ui formati, et sic exponitur, ‘homo’ est uox singularem numerum significans. Et sic per sum nomen praedicabiliter potest accidere.</p>	<p>praedictis.(=V4) Vel ‘numerus’ hoc nomen accidit huic uoci, consignificando ei circa nomina.</p> <p>Item cum quaeritur ‘<u>cuius numeri est ‘homo’</u>’, uel terminatione, uel utroque potest intelligi.</p>	
[I] Littera : NVMERVS EST DICTIONIS FORMA		<p>Veniendum est ad litteram NVMERVS EST DICTIONIS<sup>114</sup> FORMA (8.46, 172.2), id est formata dictio, quasi diceret formata dictio<sup>115</sup> et numerus circa ipsa nomina consignificat. Et quia possunt esse quaedam formatae dictiones quae non discernunt numerum, dicit QVAE DISCRETIONEM QUANTITATIS facit (172 :1-2), id est quae discernit quod significat per quantitatem, scilicet per unam unitatem uel<sup>116</sup> plures. Si de concidentibus<sup>117</sup> fiat obiectio, dicatur quod illa discernunt quantum ad primam inuentionem. Priscianus tamen bene posset dixisse ‘Numerus est formata dictio<sup>118</sup>’, sed ipse melius uoluit dicere ‘forma dictionis’, ut expressius notaret in qua parte dictionis melius discernitur cuius numeri sit uox, scilicet in forma, id est in fine dictionis. Posset dixisse similiter quae facit discretionem quantitatis. Sed ipse melius uoluit dicere QVAE POTEST FACERE propter concidentia<sup>119</sup>, quae etsi non faciunt, tamen possunt facere per adiunctionem aliorum nominum. Vel ita possumus dicere ‘numerus est’, id est existit forma, id est per formam dictionis, casus<sup>120</sup> non mutantur.</p> <p>Nota priorem partem definitionis respicere ad significationem, alteram ad terminationem. Et est sensus ‘dictio formata’ hoc est secundum formam, id est finem, considerata est numerus, id est significans numerum. QVAE POTEST FACERE, id est quae confert dictioni facere, id est significare, discreta, quantum id est ad discretam quantitatem, uel ipsos participantes discretas quantitates : haec pars respicit ad terminationem, superior pars respicit ad significationem.</p>	<p>Post haec ueniamus ad rem. NVMERVS EST FORMA, id est terminatio non syllabae, non orationis sed dictionis. Ne intelligas hoc accidens esse partem, scilicet ipsum finem dictionis, sed sic uoluit dicere figurate, attendens numerum maxime discerni in fine dictionis, quasi dicat, ‘numerus’, inest dictioni, discretus ibi per terminationem, et quia genus et casus eodem modo sunt formae dictionum, ad haec remouenda subdit, ‘quae forma facit discernere, non sexus casuum, sed quantitas’, id est unius unitatis uel plurium, quasi haec forma confertur dictioni ex hoc quod significat unum ut unum, uel plura ut plura. Nec ponit ‘facit’, sed ‘potest facere’, propter concidentia et indeclinabilia, ut nequam, quae apta sunt facere saltem per adiuncta discretionem illam, uel secundum inuentionem.</p> <p>Nota primam partem definitionis respicere ad terminationem, alteram ad significationem. In hac ipsa lectione ‘forma’ ablatius potest esse, ut dicatur ‘numerus est in forma’, id est discernitur in dictione per formam, uel potest legi intransitiue ‘forma dictionis’ id est ‘formata dictio’, quasi dicat, ‘numerus et formata dictio consignificant, scilicet secundum quod est formata, id est, secundum hoc quod facit discretionem quantitatis. Et sic de sola significatione poterit ibi agi, quemadmodum si sic dicamus, ‘numerus’, id est significatio numeri, ‘est forma’, id est accidens dictionis. Omne enim accidens format subiectum, tale unquam forma quae potest facere, id est quae /K 26vb/ confert dictioni facere, id est significare,</p>	[I]

<sup>113</sup>. bene F] iterum IO

<sup>114</sup>. dictionis F] dictionum IO

<sup>115</sup>. quasi ... dictio IO] om. per hom. F

<sup>116</sup>. post uel] per add. F

<sup>117</sup>. concidentibus IO] accidentibus F

<sup>118</sup>. dictio F] om. IO

<sup>119</sup>. concidentiam F] concidentia IO

<sup>120</sup>. casus F] caetera IO

			discretionem quantitatis, id est discretam quantitatem, uel discretas per quantitatem, ipsos scilicet participantes.	
[I*] Exposition antérieure du même lemme (dans <i>F</i> )			( <i>F</i> ) Vel aliter. NVMERVS EST... maiorem partem casuum <sup>121</sup> .	
[F*] Autre exposition sur les numéraux			Notandum quod numeralibus nominibus ... ut casus <sup>122</sup> .	
[G*] Autre exposition sur les noms de nombre			Rursus de 'binario' et 'ternario' ... et similiter de partibus animae <sup>123</sup> .	
[J] Littera : NAM DVALI		( <i>F(C)Io</i> ) NAM DVALI (172.2). Apud Graecos erat huiusmodi diuisio numeri. Numerus alius singularis, alius pluralis, alius dualis. Sub singulari comprehendebant uoces significantes tantum personam, cui adiacebat unitas, uel ipsam unitatem. Sub duali, personas <sup>124</sup> quibus adiacebant due tantum unitates. Sub plurali, illas quibus plures adiacebant unitates, quaecumque <sup>125</sup> essent praeter duas. Vel 'dualis' dicitur <sup>126</sup> propter concidentiam quae singularis et pluralis sunt numeri <sup>127</sup> .	( <i>KM</i> )	

121. Texte complet de *F* [*F* réécrit une seconde fois les trois problèmes traités plus haut : les appellatifs (sur le caractère singulier ou pluriel de *homo, homines*), puis le problème des noms numéraux, puis le problème des noms de nombre]: Vel aliter. NVMERVS EST. Sicut superius diximus de genere, quod propter significationem quibusdam uocibus proprie imponere[n]tur, aliis improprie, ita et numerus. 'Homo' enim, quia unum significat, singularis numerus dicitur. 'Homines' enim, quia plures designat, pluralis. 'Athenae' uero non propter significationem, sed propter terminationem dictionis. 'Turba' singularis propter terminationem, non propter significationem.
- Attende quia [non] dicit numerum esse formam, id est terminationem, sed est figurata oratio, ut sit sensus, numerus maxime discernitur in forma, id est terminatione, quasi dicat, numerus est formata dictio. Et quia id etiam conuenit aliis accidentalibus nominis, ut generi, casui, addit, 'quae forma discretionem quantitatis facere potest'. Dictio enim aliquando mouetur secundum genus, ut 'natus, nata', aliquando secundum casum, ut 'homo, hominis' (] -nes *F*), hunc ergo motum uocis 'naturam' uocat in qua uocis quantitas discernitur, id est an dictio unam rem [unam rem] seu plures significet. Si de 'poete' quis obiciat, nihil est. Si potest facere, bene intelligatur, scilicet 'poete' bene discernit quantitatem gratia illorum quae sibi in constructione adiciuntur, licet dicamus hanc descriptionem factam esse secundum maiorem partem casuum.
122. Texte complet de *F*: Notandum quod numeralibus nominibus quae <sunt> 'duo', 'tres', 'quatuor' etc. non conuenit accidentaliter 'numerus' sicut aliis. Illa (alia *F*) enim aliud significant principaliter, et numerum (] -us *F*) secundario, ista (] ita *F*) uero numerum principaliter. Et ita quando quaeritur 'tres cuius numeri accidentaliter nominis', respondetur 'nullius', sed 'substantialis' 'pluralis', quia eius significatio est circa partes ternarii habitas. In 'tribus' non tamen ideo minus est uniuersale (-is *F*) accidens numerus nomini quia non taliter dicitur uniuersale quod omnibus conueniat, sed quia pene omnibus conueniat, ut casus.
123. Texte complet de *F*: Rursus de 'binario' et 'ternario' quae significant tantum ipsas quantitates, id est numeros a quibus sumuntur, 'bini' et 'tres' scilicet numeralia nomina, potest quaeri cuius numeri sint.
- Si dicatur de 'binario' singularis, tunc 'binarius' haec uox significat illum numerum habentem unitatem. Sed cum discreta quantitas sit binarius, habemus partes disgregatas. Aut unitas erit in binario per partes, quod non potest esse, aut binarius non habebit unitatem, et ita non est singularis numeri.
- Solutio. Cum dicimus 'binarium' singularis numeri, non ideo dicimus quod in eo fundatur (fundata *F*) unitas, sed quia 'unum' haec uox in binario ponit scilicet discretionem. Cum enim dico 'unus binarius', illud 'unus' non sumitur ab unitate, immo a discretionem, licet quod uidetur uelle ratio, dicamus quod unitas in binario fundatur, quia per partes, sed non ita quod per partes unitatis sint unitates, sed unae sint, sicut si quis faciat de Socrate partes, partes ideo erunt Socratis, et similiter de partibus animae (animationis *cod.* ?).

<sup>124</sup>. personas *scripsi*] et personas *F* parte *Io*

<sup>125</sup>. quaecumque *IO*] quaelibet *F*

<sup>126</sup>. dicitur *IO*] dicis *F*

<sup>127</sup>. s. n. *IO*] tr. *F*

[K] Littera : EST SCIENDVM		ET SCIENDVM EST <sup>128</sup> (V.46, 172.4), dixerat quod quaedam uoces dicuntur singularis numeri, quaedam pluralis, modo uult ostendere quod proprie non dicuntur uoces singularis numeri, quia ipsae res quae sunt singularis numeri, ut unitas, non proprie sunt singularis numeri, sed abusiue. Et cum deberet de uocibus ostendere <sup>129</sup> , transfert se ad ipsas res ut convenienter ostendat ita esse in uocibus sicuti est in rebus. Posset tamen haec in principio <i>littera satis legi de uocibus</i> . Sed in sequentibus <sup>130</sup> nullo modo potest <sup>131</sup> dici nisi <sup>132</sup> de rebus, ubi dicit, ERGO <sup>133</sup> SINGVLARIS QVOQVE <sup>134</sup> NVMERVS (V.47, 172.20) bene dicitur, QVOD IPSE GEMINATVS, ID EST MVLTIPICATVS <sup>135</sup> . De unitate enim sola potest dici et hoc est quod dicit. Et sciendum est quod in uno id est <sup>136</sup> in unitate proprie numerus non dicitur <sup>137</sup> , id est unitas proprie non est numerus.		
[L] Littera: QVOD GENERALI NOMINE	A	QVOD A GENERALI NOMINE CADAT (V.47, 172.17). Est sententia <sup>138</sup> quorundam quod nominatiuus proprie dicatur casus a cadendo. Cadit enim a generali nomine <sup>139</sup> , in hoc scilicet quod praeter significationem sui generalis nominis habeat aliam. In quantum enim est nomen significat substantiam cum qualitate, quod est omnium nominum generale; in quantum uero est nominatiuus hoc habet quod significat directe et ita dicitur cadere <sup>140</sup> .		
[M] Littera: EST AVTEM		EST AVTEM (V.46, 172.2). <u>Data definitione numeri diuidit eum.</u> Continuatio <sup>141</sup> . Numerus illo modo definitur. Vox autem dicta 'numerus' sic diuiditur.	EST AVTEM (V.46, 172.2). <u>Data definitione numeri diuidit eum.</u> uel in designatione accidentis, uel participantium, uel uocum ea significantium.	[M]
Exposition (antérieure?) des lemmes [J*]		NAM DVALIS (172.2). Istud supponit ne quis improbet suam <sup>142</sup> diuisionem dicens eam insufficientem <sup>143</sup> esse, cum dualis numerus apud graecos inueniatur. Dictio illa apud graecos dualis numerus appellatur quae duas res tantum significat, ut 'bini', 'gemini', 'uterque' et similia. <u>Sed hic dualis numerus apud nos in plurali numero continetur.</u>	NAM DVALIS (172.2). Hic ponit ne sua improbetur diuisio, scilicet ne quis dicat eam esse insufficientem, cum dualis numerus sit apud graecos. Dictio illa apud graecos dualis numerus appellatur quae duas res tantum significat, ut 'duo', 'bini', 'uterque' et similia. <u>Sed hic numerus apud nos in plurali continetur</u> , uel partim in plurali, partim in singulari.	

<sup>128</sup>. s. e. F (= Gk Hertzii) tr. IO

<sup>129</sup>. u. o. IO] tr. F

<sup>130</sup>. sequentibus IO] sequenti F

<sup>131</sup>. potest IO] posset F

<sup>132</sup>. nisi F] ibi Io

<sup>133</sup>. ergo F] uero Io

<sup>134</sup>. quoque Io] om. F

<sup>135</sup>. quod ipse geminatus, id est multiplicatus F] et sic de aliis Io

<sup>136</sup>. id est F] et Io

<sup>137</sup>. n. n. d. IO] non d. n. F

<sup>138</sup>. e. s. IO] tr. F

<sup>139</sup>. nomine F] uoce Io

<sup>140</sup>. cadere F] casus Io

<sup>141</sup>. continuatio F] constructio Io

<sup>142</sup>. suam diuisionem F] sententiam de diuisione Io

<sup>143</sup>. insufficientem F] non sufficientem Io

	<p><u>Quidam autem putauerunt quod pluralis numerus ad minus non<sup>144</sup> potest accipi nisi in tribus, et ideo in diuisione<sup>145</sup> numeri, dualis numerus adiunctus est. Dicunt quidam numerum dualem esse, ut ‘poete’ et similia, quae eadem uoce utrumque numerum demonstrant<sup>146</sup>.</u></p> <p>Quare, cum haec uox ‘homo’ possit significare unum siue plura, quo respectu singularis numeri dicatur. Et dicunt quidam quod in designatione unius tantum singularis sit, quod non procedit. Si enim in designatione unius tantum, non est in designatione plurium<sup>147</sup>, quod inconueniens est, quia in hac oratione ‘omnis homo est animal’, ‘homo’, nullius esset<sup>148</sup> numeri, quia neque singularis neque pluralis. Dicimus ergo inconueniens deuitantes, quod propter terminationem hoc nomen ‘homo’ singularis est numeri, hoc autem commode attendentes, quod quamuis uel omnes, uel unum possit significare, sic impositum est ut, cum profertur sine determinatione, non sit necesse per ipsum intelligi omnes uel plures, sed unum tantum, licet indeterminate. Idemquoque de ceteris uniuersalibus intellige.</p>	<p><u>Dicunt quidam dualem numerum esse, ut ‘poete’ etc, quae eadem uoce utrumque numerum demonstrant.</u></p> <p><u>Quidam uero putauerunt quod pluralis numerus ad minus non possit accipi nisi in tribus, et ideo in diuisione numeri, dicunt dualem numerum adiunctum.</u></p>	
[K*]	<p>ET SCIENDVM (V.46, 172.4). Vult ostendere quoniam singularis uox abusive dicitur ‘numerus’, quod probat per significatum eius, quia scilicet una res improprie dicitur ‘numerus’ et sic<sup>149</sup> uox singularis, cum non uocetur ‘numerus’ nisi gratia significationis, improprie dicitur ‘numerus’ quia hoc nomen ‘numerus’ ab ipsis <b>rebus ad uoces adducitur</b> significandas praedicabiliter, quia et genus et numerus et casus praedicantur de uocibus, ut ‘homo est masculinum genus’ ‘homo est singularis numerus’, ‘homo est nominatus casus’, et quando dicimus ‘homo est singularis numeri<sup>150</sup>’ tantundem ualet ac si diceretur ‘homo est de numero singularium’.</p> <p><b>Realis numerus</b> habet hanc definitionem. Numerus est collectio unitatum. Et secundum hoc unitas proprie nec improprie potest dici ‘numerus’, uox tantum unum significans. In uno id est in re una proprie dicitur ‘numerus’<sup>151</sup>, sed abusive.</p>	<p>ET SCIENDVM (V.46, 172.4). Dixit uoces quasdam singularis numeri, quasdam pluralis, modo uult discernere quae magis proprie uocentur numerus. Et dicit quod uox singularis non proprie dicitur numerus, quod probat per eius significatum, scilicet quia una res improprie dicitur numerus, et ita uox singularis cum numerus <b>detur uocibus gratia rerum</b>. Vel ostendit tantum de his uocibus, scilicet ‘unitas et unus’, quod abusive dicuntur numerus. Ad quod ostendendum <b>transfert se ad res, ut ex natura rerum, idem congrue adaptet uocibus</b>. Posset tamen in primis <i>legi de uocibus</i>. Sed sequens littera non patitur, quae dicit<sup>152</sup> ERGO SINGVLARIS NVMERVS, etc. (V.47, 172.20) quod de unitate uel participantibus ea tantum dicuntur<sup>153</sup>.</p> <p>Nota idem esse in sensu ‘homo est singularis numeri’ et ‘singularis numerus’.</p>	[K*/K]

<sup>144</sup>. non IO] om. F

<sup>145</sup>. diuisione F] definitione Io

<sup>146</sup>. Noter l’interuersion des deux paragraphes entre FI et KM : l’ordre suivi dans FI est cohérent avec l’explication donnée ensuite à propos de homo.

<sup>147</sup>. non est in designatione plurium Io] tunc non in plurium F

<sup>148</sup>. esset F] est Io

<sup>149</sup>. sic F] om. IO

<sup>150</sup>. homo est ... numeri F] om. per hom. Io

<sup>151</sup>. uox ... numerus F] om. per hom. Io

<sup>152</sup>. quae dicit K] om. M

<sup>153</sup>. dicuntur K] dicitur M